

aliquando per sputum sicut patet in euangelio (z suspiciens in celum.) per qd docet nos ut sepe ad celum respiciamus. quia ibi est amicus noster auxiliu nostru. z hereditas nostra (ingemuit) qd facere voluit ut ostenderet humane nature veritatem. Item ut ostenderet pctozibus gemendihe cessitatem. qz qui sanati vult a pctis prius debet igemere. ut patz Ezech. xviii. In quacunqz hora peccator ingemuerit zc. (z ait effeta. qd est ad aperire) ly. ostendens se verum deu curando p imperium (z statim aperte sunt aures eius z solutu est vinculum lingue eius. z loquebatur recte) Iaco. Vinculu lingue tunc solutu est quando homo lingua vitur ad ozones ad pximi edificationem z informationem. ad peccati confessionem. et ad dei laudem (z pcepit illis ne cui dicerent) ut vanā gloriā fugiendam esse doceret (qnto aut eis picipiebat tanto amplius pdicabant) Vnde Augu. per hoc christus volebat pigeris ostēdere cū quanto feruore predicare debent quibus iubet ut predicēt quando illi qui phibentur tacere nō poterant Ly. beneficiatus de beneficijs acceptis debet se gratum ostendere z benefactorem laudare. q̄uis benefactor hō nō querat (z eo ampli⁹ ammirabantur) Ly. d̄ tanta humilitate (dicentes. Bene omnia fecit et surdos fecit audire z mutos loqui) Circa p̄ns euangeliuz ubi d̄ suspiciens in celū. Notanduz qd hugo de prato dicit qd quater legim⁹ iesum oculos subleuasse. Primo turbā pasturus ut Ioh. vi. Cū subleuasset oculos iesus Secdo responsum legis p̄to datur⁹ ut patz Luce. x. Tertio surdum z mutum

sanaturus sicut patet in verbis p̄mis sis. Suspiciens in celū. Quarto lazaru suscitaturus. ut patz Ioh. xi. Vbi sciendum qd oculis mentis nostre celum respicere debemus et ad ipsum anhelare. z hoc propter tria. Primo quia ciuitas nostra est ubi perpetue manere debemus. ut patz hebre. xiiij. Non habemus hic manentem ciuitatem. sed futuram inquirimus. Exemplum de illis qui in aliena patria demorantur quō cor ad terram suam ponunt si illuc redire intendunt. Alias non habent ibi cor suum si in terra in qua habitant edificat et de patria sua amplius non cogitat. Secdo quia ibi est pater noster et mater nostra z fratres et sorores et amici nostri scz cristus et beata virgo. z alij sancti q̄ amplius nos diligunt q̄ p̄ntes carnales puerca suos Sperare etiaz debemus qd ibi sint anime predecessorum nostrorum qui in fide cristi mortui sunt. Omnia ista trahunt desiderium hominis ad celum. Tertio quia ibi est thesaurus noster scz merces operum nostrorum et etiam meritum christi et beate virginis marie. omnium electorum in celo existentium q̄ est thesaurus indeficiens omnez sufficientiam habens. quia nec aufertur nec corrumpi potest. Magnus autem et preciosus thesaurus multum trahit cor hominis. ut patet mat. vi. Vbi est thesaurus tuus ibi est et cor tuū

Dominica. xiiij. post octauas p̄tecostes Euan. scdm Lu. x.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis Beati oculi qui vi/
o iij